

sibus fere inde ad orientem in campis inter Rojam fluvium et torrentem q. d. *la Nervia*. De tribu certiores nos faciunt tituli duo supra allati. Municipium appellat Tacitus, ubi narrat direptum esse in bello Othoniano. Magistratus ex titulis, qui mira paucitate adhuc ex parietinis antiquis prodierunt, innotuerunt *Iiviri* n. 7814 et *aediles* n. 7813. 7814; praeterea adest *flaminica* n. 7811. — Edidit patriae urbis historiam qui

me quoque transeuntem comiter adiuvit Hieronymus Rossi (*storia della città di Ventimiglia* Taurinis 1857. 8. pp. 378).

Adiunximus Intimiliensibus unicum quem habemus titulum inventum in valle Rojae superiore ad oppidum Saorgio, quod, cum tribum et ipse habeat Falernam, dubium non est pertica Intimiliensi comprehensum fuisse.

7810 arula *alla Nervia* prope Ventimigiam in ecclesia S. Rochi.

APOLLIN
V · S
M · C · ANHVS

Contuli. Amoretti *viaggio da Milano a Nizza* (1829) p. 50; Navone *passeggiata per la Liguria* (1832) p. 186 (inde Rossi *Ventimiglia* p. 28; Sanguineti p. 178).

7811 Ventimiglia *nella porta principale della chiesa cattedrale, serve di gradino* GAND. GIOFFR. NAV. RELIQUI. Hodie in ecclesia intus.

IVNONI REGINAE SACR
OB HONOREM · MEMORIAMQVE VERGINIAE · P · F
PATERNAE · P · VERGINIVS RHODION LIB · NOMINE
SVO ET METILIAE TERTVLLINAE FLAMINIC VXORIS
5 SVAE ET LIBERORVM SVORVM VERGINIORVM QUIETI
PATERNAE RESTITVTAE ET QUIETAE
S P P

Contuli. Ganducius *discorso* 1614 p. 47; Gioffredus *Alpi* ms. p. 37, ed. p. 111, qui principium tantum citat; Schiaffino ms. vol. 1 p. 22 ex Ganducio; Navone *passeggiata* 1832 p. 140; Ant. Cassini *illustrazione della lapide Iunoni Reginae* (Albengae 1854. 8. pp. 32); Rossi *storia di Ventimiglia* (1857) p. 27 ex Cassinio; Sanguineti p. 176.

Cf. titulos P. Metilii Tertullini Vennoniani clarissimi viri n. 7782. 7825.

7812 Ventimigliae rep. a. 1842 sub choro ecclesiae cathedralis, extat ibi in curia.

SKATITI
I · CVRAT
PVTEOLOS
curator AEDIVM
5 sacrar et ope RVM
publicorum

Descripti. Ed. Hier. Rossi *storia di Ventimiglia* (1857) p. 45.

1 prima littera videtur fuisse B; in fine desunt litterae c. tres. — 2 in. I fuit, non T. — 3. 4 videtur significari cura rei publicae Puteolanorum; sed accusativus unde pendeat, reperire non potui. Nam displicet omnino de quo cogitavi *curator missus Puteolos* vel *curator ad Puteolos*.

7814 basis magna, rep. ad Nerviam prope Ventimigiam a. 1870 in fundo Secundi Approsio; stat ibidem sub dio.

Q · MANTIO · Q · FIL
PALAT · PLACIDO
EQ · PVBLICO · AEDILI
IIVIR · SACERDOTI · LA
5 NVVINO · L · POLFEN
NIVS · CERDO · ET · MAN
TIA · LVCIDA · CVM LIBE
RIS · SVIS · MANTIS · LVCIFE
RO ET ZENIONE · PO sic
10 SVERVNT · S · P ·

Contuli descriptam ab Hier. Rossio Ventimigliensi. Ed. *Gazzetta ufficiale del Regno d'Italia* 19 Iul. 1870.

7813 Saorgii SCAL. In ecclesia parochiali RIC. DURANTE. — Ex Malamorte [mons est prope Saorgio, in quo creditur fuisse castellum Romanum] translata in Saorgio oppidum ait GIOFFREDUS; sed fuit Saorgii iam cum scripsit SCALIGER. Translata Nicaeam SCAL. errore.

M · ATILIO · L · F · FAL · ALPINO · AED
V · ATILIAE · M · F · VEAMONAE
L · ATILIO · M · F · CVPITO
C · ATILIO · M · F · ALPINO
5 M · ATILIO · M · F · PRISCO
ATILIAE · M · F · POSILLAE
ATILIAE · M · F · SECVNDAE
LICINIAE · C · F · CVPITAE · NEP

T · F · I

Scaliger cod. Lugd. Papenbr. 6 p. 16 (inde Grut. 839, 1); Gioffredus Nic. p. 13; Ricoliana n. 26 (inde Zaccaria exc. 1, 53; ex hoc Donat. 308, 3); Bonifassi n. 81; Durante *chorogr.* p. 181 ex lapide; Bourquelot n. 101 a prioribus; Tisserand 1, 44 ex Durantio; Sanguineti p. 206 a prioribus; Carlone n. 198.

Variam lectionem dedi Scaligeri Gioffredi Ricolvii Durantii. — 1—8 praenomen M exhibent Ric. Dur. (hic excepto 5 in.), M. reliqui. — 1 L · F · FAL] I · F · E Dur. — 2 M · E Dur. — VAE · MONAE Scal., VEOMONAE Dur. — 3 L · ATILIAE (em. in L · ATILIO) Scal. — F om. Dur. — 6 POSILLIAE Dur. — 7 SECVDAE Dur. — 8 NEF Dur.

7815 *alla Nervia* rep. a. 1852 una cum opere musivo pulcherrimo; perit.

DEDIC · A · T · Q · E · P

Rossi *Ventimiglia* (1857) p. 27 cum corr. (inde Sanguineti p. 179) et *Bull. dell' inst.* 1873 p. 29.

DEDICAT · A · T · Q · E · P *Bullett.*

7816 urna rotunda ornata. Ventimigliae c. a. 1863 repperit Vernier architectus Nizzensis. Extat Nizzae in bibliotheca publica.

pOMPEIO
mACRO
· PISSIMO

Descripti.